



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Corpus Doctrinae Christianae**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1572**

**VD16 M 2890**

Quid Est Poenitentia Sev conuersio ad Deum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed manifeste damnatur illustribus testimonijs diuinis. 1. Timoth. 1. Militiam animi militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item 1. Cor. 6. Scortatores, Adulteri, Homicidæ, &c. non possidebunt regnum Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitur, uiuetis. Item de Aaron: Dominus uoluit conterere eum.

## D E P O E N I T E N T I A.

ET SI nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem, seu patores & dolores, tamen Ecclesia sic nominat conuersionem ad Deum, quæ & dolores & consolationem continet, seu mortificationem & uiuificationem, ut Paulus nominat. Et interdum narrationes Evangelicæ sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore, pœnitentiam agente. N E C tamen λογισμαχίας mouemus, si quis aliter uult loqui, non pugnamus cum eo. Retinemus bono consilio uocabulum in Ecclesia notissimum, ut res citius intelligatur, & magis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Monachi multis sæculis doctrinam de pœnitentia corruperunt.

Q U I D E S T P O E N I T E N T I A S E U  
conuersio ad Deum?

P O E N I T E N T I A seu conuersio ad Deum est contritio, id est, uerus pœnor & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christum accipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustificationem & uiuificationem, & inchoare nouam obœdientiam.

Q U O D S V N T P A R T E S  
Pœnitentiæ?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obœdientia. Hanc partitionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & petimus eam sine calumnijs intelligi.

## Q U I D E S T C O N T R I T I O?

E S T uere expauescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra, & dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contritum omnia ossa mea. Et Iesaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, id est, consternatus sum.

Q U I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S  
Papistarum de contritione?

D V O sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et ubicunq; crescunt dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A L T E R